5 *Unde in appetitu gratiae* gratia 11, 9 u. 11
*se cuique imaginat et conformat*
*protectio divinae misericordiae.* cf. 11, 13

Ib 6 *Cuius rei experimentum dum consulimus,*
*e vestigio nobis occurrit divinum responsum,*
*quod peccante Adam*
*et inde exilii longa dispendia perferente*
*credidisse deo Abraham*
*et hoc illi reputatum esse ad iusticiam.* Gen. 15, 6; N. T.

7a *Cumque et divina preveniente clementia*
*tum et exigentibus meritis* merita 9 b 6; 10, 2-3; 11, 2; 11, 4.
*accipimus legislatorem Moysen*
*ducem ac preceptorem extitisse populi Israhel,*
b *pari examine sanctitatis*
*miramur miraculorum factorem Heliam*
*humani aevi nondum cognovisse metam,* evi A.
*sed curru igneo | sublatum esse ultimo |*
*seculorum iuditio.*

8 *Excedit mentem | nec capiet finem,*
*si de his et horum similibus*
*nostra ratio ulterius | se tendere voluerit.* ratio 2, 3

9a *Satis inditio est,*
*quantus adsurrexerit in proeliis*
*David manu fortis,*
b *et sole lucidius est,*
*structo tabernaculo dei*
*quantis religionum ritibus*
*et libaminum mysticis cultibus*
*se deo approximaverit sanctus Salemon,*
*cuius penitentiae meritis* merita 7, 2 etc.
*nullus umquam repertus est similis.*

10 *Quibus omnibus ad habitudinem factorum* habit. 2, 1
*revelavit deus secreta meritorum,* merita 7, 2 etc.
*ut temporaliter merito et opere*
*omnibus semper essent dispares,*
*insuper aeternaliter*
*angelicis spiritibus fierent coaequales.*

IIa 11 *Haec ego considerans Bernuuardus,*
*dei preelectione, non meis meritis dictus episcopus,* merita 7, 2